

rum suum fugax ac volatile faciunt. Proinde aurum volat le postquam cibo ac potu suo satiatum est, suum ipsius sanguinem reassumit, & per suum ipsius internum calorem exsiccat, beneficio intervenientis vaporiferi ignis, unde rursus victoria existit, quæ prorsus fixum & summe perseverans reddit, ut aurum fiat medicina plusquam fixa. In hac sententiam idem post duo folia addit: Etsi Mars & Venus non egeant vestitu, sed eura cæteris quinque communicare queunt: tamen asseveranter affirmo sine Leone (hoc est auro ut supra referato præparato) nihil prorsus efficere posse, quia de fixitate eorum Mercurij, & malleabilitate ipsorum solis ad necessitatem eis prospectu non est, ut lucrosi aliquid venari inde possis: nisi Leo in certamine e rursus vicerit, ut utrinque triumphum agant, id est, ut non solum modo soluta, sed etiam utrinque ad perfectam fixationem sint amperducta, quemadmodum ante edocuit.

Cæterum magna & memorabili objectione hinc nobis occurritur, neque id immeritò. Etenim Basiliius pagina vigesima nona huius capituli non solum aperte scribit, Tincturam Veneris & Martis sine resoluta auro (ut jam modò dictum est) nihil efficere posse: Sed etiam vice versa de auro vulgari, cuius tinctura tincturæ Veneris & Martis commiscenda est, testificatur: Non posse Dominum (nempe aurum) de suo vestitu quidquam suis subditis impartiri: quandoquidem natura ei unicum duntaxat indumentum honorarium tribuit, nisi prius servititarius Dominum: Item paulò post addit: Non posse Regem suorum famulis de regno suo quidquam hæreditatis communicare, nec per severantem vestitum aulicum tribuere, nisi prius pensionem & tributum à suis subditis acceperit, ut ita Dominus & servus simul consistere possint. Hæc cum ita sint, non immeritò quis interrogabit, Quo pacto igitur tinctura Solis secundum essentialem sui differentiam à tinctura Veneris & Martis aut reliquarum distet? Si videlicet vulgare aurum nisi tinctum spiritu subditorum suorum tingere nequeat? Hunc nodum dissolvere nonnulli conati ad auri mineram, Marcasitasque confugerunt, quas multum posse non nego, cum spiritibus non sint destitutæ. Inde igitur parati Tincturam Solis, non autem ex auro fuso, contendunt. Alii contra Tincturam auri non ex auro simpliciter resoluta, sed in sua principia prius distinctè redacta, indeque depurata, & rursus coalita Solis hanc Tincturam venantur. Nam qui auri Mercurij non Sulphur Solis, sed Solem ipsum addunt, huc non pertinent, Nos, ut hoc loco non oppedamus illis; liter tamen respondemus, nempe ad Tincturam solis non tam requiritur aurum & argentum à natura simpliciter datum, quam alium sublimi

sublimi